CANONES, ET DECRETA SACROSANCTI OECVMENICI, ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI

SVB PAVLO III, IVLIO III, PIO IIII,
PONTIFICIBVS MAX.

num. 52. ca. 7. num. 22.

39
45925

COMPLVTI,
Excudebat Andreas de Angulo.
1564.
Vendenſe en madrid en caſa de Alonſo Calleja librero.

DOn Philippe, Por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Secilias, de Ieruſalen, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las Yſlas de Canaria, de las Yndias Yſlas y tierra firme del mar Oceano, Cõdes de Flandes y de Tirol, &c. Al Sereniſsimo Principe dõ Carlos, nr̃o muy caro y muy amado hijo: E a los perlados, Cardenales, Arçobiſpos, y Obiſpos, y a los Duques, Marqueſes, Cõdes, ricos homes, priores de las ordenes, comendadores y ſubcomẽdadores, y alos alcaydes de los caſtillos, y caſas fuertes y llanas, y a los del nueſtro Conſejo, preſidentes y oydores delas nueſtras audiẽcias alcaldes, alguaziles de la nueſtra caſa y corte y chancillerias, y a todos los corregidores, aſsiſtente gouernadores, alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nr̃os reynos y ſeñorios, y a cada vno y qualquier de vos en vr̃a juriſdicion, aquien eſta nueſtra carta fuere moſtrada, ſalud y gracia. Sabed que cierta y notoria es la obligaciõ que los Reyes y principes chriſtianos tienen a obedecer guardar y cumplir, y que en ſus reynos eſtados y ſeñorios, ſe obedezcan, guarden y cũplan los Decretos y mandamientos de la ſancta madre ygleſia, y aſsiſtir, y ayudar, y fauoreſcer al efecto y execucion, y a la cõſeruacion dellos, como hijos obediẽtes, y protectores, y defenſores della, y la que anſi miſmo por la miſma cauſa tienẽ al cũplimiẽto y execuciõ de los Concilios vniuerſales que legitima y canonicamente cõ la auctoridad de la ſancta Sede Apoſtolica de Roma han ſido conuocados y celebrados. La auctoridad de los quales Concilios vniuerſales fue ſiempre en la ygleſia de Dios de tanta y tan grãde veneraciõ por eſtar y repreſentarſe enellos la ygleſia Catholica y vniuerſal, y aſsiſtir a ſu directiõ y progreſſo el Spiritu Sancto. Vno de los quales Concilios ha ſido y es, el q̃ vltimamẽte ſe ha celebrado en Trẽto, el qual primeramente a inſtancia del Emperador y rey mi ſeñor, deſpues de muchas, y grandes dificultades, fue indicto y conuocado por la felice memoria de Paulo. III. Pontifice Romano, para la extirpaciõ de las heregias y errores q̃ eneſtos tiẽpos en la chriſtiãdad tanto ſe han eſtendido, y para la reformacion de los abuſos exceſos y deſordenes de q̃ tãta neceſsidad auia. El qual Concilio fue en vida del dicho pontifice Paulo. III. començado. Y deſpues cõ la autoridad de buena memoria de Iulio. III. ſe proſiguio y vltimamente cõ la auctoridad y bulas de nr̃o muy ſancto Padre Pio. IIII. ſe ha continuado y proſeguido haſta ſe concluyr y acabar, enel qual interuinieron y concurrierõ de toda la chriſtiandad, y eſpecialmente deſtos nueſtros reynos, tãtos y tan notables perlados, y otras muchas perſonas de grã doctrina, religion y exemplo. Aſsiſtiẽdo aſsi miſmo los embaxadores del Emperador nr̃o tio, y nr̃os y de los otros reyes y principes, republicas, y potẽtados de la chriſtiãdad, y enel con la gracia de Dios y aſsiſtencia del Spiritu Sancto ſe hizieron en lo dela fe y religion tan ſanctos y tan catholicos decretos: y anſi miſmo ſe hizieron y ordenaron en lo de la reformacion, muchas coſas muy ſanctas y muy juſtas, y muy conuinientes, y importantes al ſeruicio de Dios nr̃o ſeñor y bien de ſu ygleſia, y al gouierno y policia eccleſiaſtica. Y agora auiẽdo nos ſu Sãctidad embiado los decretos del dicho ſancto Cõcilio impreſſos en forma auctẽtica: nos como catholico Rey, y obediẽte y verdadero hijo de la ygleſia queriẽdo ſatisfazer y correſpõder a la obligaciõ en q̃ ſomos, y ſiguiendo el exẽplo de los reyes nr̃os antepaſſados de glorioſa memoria, auemos aceptado y recebido, y aceptamos y recebimos el dicho ſacroſancto cõcilio y q̃remos q̃ eneſtos nr̃os reynos ſea guardado cũplido y executado y daremos y preſtaremos para la dicha execuciõ y cũplimiẽto, y para la cõſeruaciõ y defenſa de lo enel ordenado nr̃a ayuda y fauor: interponiẽdo a ello nr̃a auctoridad y braço real, quãto ſera neceſſario y cõueniente. Y aſsi encargamos y mãdamos a los arçobiſpos, obiſpos, y a otros perlados, y alos generales prouinciales, priores, guardianes de las ordenes, e a todos los de mas a quiẽ eſto toca e incũbe, q̃ hagã luego publicar e publiquen en ſus ygleſias diſtrictos y dioceſis, y en las otras partes y lugares do cõuiniere el dicho ſancto Concilio, y lo guarden y cũplan y hagã guardar y cũplir y executar conel cuydado, zelo y diligencia q̃ negocio tan de ſeruicio de Dios y bien de ſu ygleſia requiere. Y mãdamos a los del nr̃o cõſejo, preſidentes de las nueſtras audiẽcias, y a los gouernadores, corregidores, e a otras qualeſquier juſticias, q̃ dẽ y preſtẽ el fauor y ayuda q̃ para la execuciõ y cũplimiento del dicho Cõcilio, y de lo ordenado enel ſera neceſſario, y nos ternemos particular cuẽta y cuydado de ſaber, y entẽder como lo ſuſo dicho ſe guarda, cũple y executa, para q̃ en negocio q̃ tãto importa al ſeruicio de Dios y biẽ de ſu ygleſia, no aya deſcuydo ni negligẽcia. Dada en la villa de Madrid a doze dias del mes de Iulio, de M. D. LXIIII. Años. Yo el Rey Yo Franciſco de Eraſſo ſecretario de ſu Mageſtad Real la fize eſcreuir por ſu mandado. Iuan de figueroa, El licẽciado Vaca de Caſtro, El doctor Diego Gaſca, El doctor Velaſco, El licenciado Villagomez, El licenciado Eſpinoſa, El licenciado Gomez de Montaluo. Regiſtrada Martin de Vergara. Martin de Vergara por chanciller.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

QVI de Catholica fide recte ſentiunt, fatentur omnes vtiliſsimum fuiſſe humano generi, atque adeo ſalutare Concilium Tridentinum; quod eximia ſummi Dei erga nos clementia, Pij IIII. Pont. Max. ſapientia ſingulari, mirifica Legatorum Cardinalium, qui præfuere, vigilantia, maximo etiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, Principum, & Patrum, qui interfuere, conſenſu, ita confectum abſolutumque videmus, vt exitioſam illam animorum peſtem, quæ quotidie ſerpebat latius, nunc quidem aliqua iam ex parte compreſſam eſſe, breui autem, ope diuina, cunctis populis & nationibus ad cõmunem ſalutem conſentientibus, prorſus tolli poſſe omnes confidant. quo merito gratiæ ſunt habendæ primum immortali Deo maximæ, vnde bona manant omnia, deinde Pio IIII. qui hoc ſpectauit vnum, & in hoc potiſsimum ab illo primum die, quo ſummam inter omnes homines poteſtatem, delatam diuinitus, accepit, fixit curas, & cogitationes omnes, vt communibus malis generali Concilio mederetur: quo ſæpe remedio Chriſtiana Reſp. erumpentibus vitiis occurrit, & impendentes ex diſſenſione, atque diſcordia calamitates euitauit. Hoc beneficiũ diſſeminari quamprĩmum, ac diſtribui per orbem terrarum, ad propagandam veritatem, & diuulgandam Eccleſiæ Catholicæ ſententiam, neceſſe eſt. itaque nunc eduntur puri Canones, & ipſa Decreta, cum appendice nulla: tantum vt ea cognoſcantur, quæ primum ſacroſancta Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, deinde Pontifex ipſe confirmando ſeruari pariter ab omnibus in perpetuum iuſsit. nam reliqua Concilij acta, diligentiſsime per ſcribas publicos in ipſo Concilio excepta, & litteris mandata, mox ita emittentur, vt, quæcumque res in controuerſiam venerit, quæcumque vel ſententia dicta, vel oratio habita ſit, omni denique agitata, quæſita, deliberata, ſuo quidque loco, diſtincte, & abundanter exponãtur. Interim accipe ſummam rei lector optime, quæ ad ſalutẽ vehementer pertinet: vniuerſam vero Tridentini Concilij, trium Pontificũ diſtinctam temporibus, hiſtoriam, eodem, cuius ad gloriam hæc omnia diriguntur, iuuante Deo, propediem expecta. nullam enim tanti negotij partem ignorare. non modo iucundum eſt, verum ad multa etiam vtile, & accommodatum: quod aliorum Conciliorum lectio declarat. Romæ, M.D.LXIIII.

BVLLA INDICTIONIS SACRI OECVMENICI ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI.

SVB PAVLO III. PONT. MAX.

PAVLVS EPISCOPVS, ſeruus ſeruorũ dei, ad futurã rei memoriã. INITIO noſtri huius Pontificatus, quẽ non ob merita noſtra, ſed propter ſuam magnã bonitatẽ Dei omnipotẽtis prouidentia nobis cõmiſit, cernentes iam tũ in quas perturbationes temporum, quotq. incommoda rerum ferè omniũ noſtra Paſtoralis ſolicitudo & vigilia eſſet vocata, cupiebamus quidẽ mederi Chriſtianę Reip. malis, quibus illa iamdudum vexata, & propemodũ oppreſſa eſt, ſed ipſi etiam, vt homines circumdati infirmitate, ad tantũ onus tollendum impares vires noſtras eſſe ſentiebamus. Nam cum pace opus eſſe intelligeremus ad liberandam, & conſeruandam à plurimis impendentibus periculis Remp. omnia inuenimus odijs & diſſenſionibus plena, diſſentientibus præſertim Principibus ijs inter ſe, quibus ſumma rerum penè omnis à Deo permiſſa ſit. Cùm vnum Ouile, & vnum Paſtorem dominici eſſe gregis, ad integritatem Chriſtianæ religionis, & ad cæleſtium bonorum ſpem in nobis confirmandam, neceſſarium duceremus; ſchiſmatis, diſſidijs, hæreſibus erat Chriſtiani nominis diuulſa iam penè, & lacerata vnitas. Cùm tutam, atque munitam ab infidelium armis, atque inſidiis Remp. optaremus; noſtris erratis, noſtraq. cunctorum culpa, Dei videlicet ira peccatis noſtris imminente, Rhodus fuerat amiſſa, Hungaria vexata, conceptum, & meditatum contra Italiam, contraq; Auſtriã, & Illyricum, terra mariq; bellum: cum impius & immitis hoſtis noſter Turca nullo tẽpore requieſceret,

militer petimus nomine dicti Concilii œcumenici Tridentini, Vt Sanctitas Veſtra dignetur confirmare omnia, & ſingula, quæ tam ſub.fel.rec. Paulo III, & Iulio III, quam ſub Sanctitate Veſtra in eo decreta, & definita ſunt.

Quibus auditis, Sanctitas Sua, viſo, & lecto tenore dicti Decreti, & habitis votis Reuerendiſſ. DD. meorum Cardinalium, reſpondit per hæc verba.

Petitioni, nomine Concilii œcumenici Tridentini ſuper eius confirmatione per dictos Legatos nobis factæ, annuentes, omnia, & ſingula, quæ in dicto Concilio tam ſub fel.rec. Paulo III, & Iulio III, prædeceſſoribus noſtris, quam Pontificatus noſtri tempore decreta, & definita ſunt, auctoritate Apoſtolica, etiam de Venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium conſilio, & aſſenſu, matura cum illis deliberatione præhabita, confirmamus atque ab omnibus Chriſti fidelibus recipi, & inuiolabiliter obſeruari mandamus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen.

Ita eſt. A. Cardinalis Farneſius, Vicecancell.

FINIS.

Compluti.

Apud Andream de Angulo.

1564.